

PRAXIS
EPISCOPALIS,
EA QUÆ OFFICIUM ET PO-
TESTATEM EPISCOPI CON-
TINENT.

IN QVA VARIA SYMMORVM PONTE-
ficum, & Sacrarum S. R. E. Congregationum, præsertim post Conc. Trid.
hucusque emanata Decreta, ad vsum Fori Ecclesiastici omnino ne-
cessaria ex probatis exemplaribus referuntur.

PAVLI PLASECII, I. V. D. PROTH. APOST. ARCHIDIAC.
VARSAVIEN. studio & opera nuper edita, & nunc recens iussu SACRARUM CON-
greg. sc. Interpretum S. Conc. Trid. negotijs Episcoporum & Regularium Præ-
fect. & Indicis, partim ab alijs, partim ab ipso Auctore recognita, ornata,
locupletissimè aucta, & collatis Decretis omnibus, ad sua origina-
lia exempla, veritati restituta.

Accessit etiam huic Secundæ editioni,

PRAXIS COMPENDIOSA DE PASTORATIONE, PAVLI SALD-
II AXIMINENSIS, I. V. D. Ecclesie Maioris Mediolani Ca-
non. Ordinarij. & Proth. Apost.



COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Antonium Boëtzerum.

ANNO M. DC. XX.

Permissu Superiorum.

Auctor Beneuolo Lectori.

PRaxis hæc, ne te lateat benigne Lector, post primam impressionem in aliquibus non fuit probata Sacra Censura Romana: Ego ipsemet quoque multa postmodum in ea indigesta, immatura, nec satis auctoritatibus firmata, (ut quæ velut in Breviarium quoddam memoria tantum mea iuuanda causa opere tumultuario congesserim) plurima quoque necessaria omissa aduerti, & consilium quod de ea non diuulganda, iam ab initio firmum statueram, importunitas vero amicorum, subuertit, iterum laudavi: sero tamen, nec re integra, unde aliud ineundum fuit, mihi quidem diuersis iam studijs & curis implicito, aulaq; dedito, molestum & graue, sed tibi forte non inutile. Omnia itaque notata à S. Censura Romana reieci, vel ad mentem eiusdem correxi: plurima sententijs & auctoritatibus firmaui; ea omnia quæ deesse videbantur ad usum Forenses necessaria, suppleui; materias meliori ordine distinxii; totum denique libellum maiori labore quam finxeram perpoliui, tu utere si libet. Vnum te monitum velim, ne saltem leui sic facias Rescripta & Decreta Summorum Pontificum, in quibus neruus & tota vis Praxis Ecclesiastica, & quæ in unum fideliter ex probatis exemplaribus collecta, alibi vix repereris. Vale.



PRAXIS EPISCOPALIS
PAVLI PIASECII
V.I.D. PROTH. APOST. AR.
CHIDIACONI VAR-
SAVIENSIS,
PROEMIVM.

*De Electione seu provisione & electi seu pro-
visi potestate.*

1. *Electiones Capitulum libera sublate.*
2. *Ecclesia Cathedralis sunt reservata Sedi Apost.*
3. *Provisio Papa habet vim electionis & confirmationis.*
4. *Promouendi ad Episcopatus quomodo examinandi.*
5. *Electus seu nominatus habet ius ad rem non in re.*
6. *Electus ante confirmationem administrare non potest.*
7. *Electus confirmationem petere debet intra tres menses.*
8. *Litterarum expeditio an sit de essentia provisionis Papa, & quid de provisionibus in-
feriorum.*
9. *Provisus capiens possessionem beneficii, litteris non expeditis, quas penas incurrat?*
10. *Provisus ab inferiore & capiens possessionem, litteris non expeditis non incurrit
penas Const. Iul. III.*
11. *Littera quando dicantur expedita.*
12. *Supplicatio signata non sufficit ad capiendam possessionem.*
13. *Supplicatio in iudicialibus an probet?*
14. *Breue ad capiendam possessionem beneficii quando concedatur.*
15. *Electus confirmatus potest ea qua sunt iurisdictionis.*
16. *Electus confirmatus ante acceptam possessionem an possit beneficia conferre.*
17. *Electus debet esse ad minus Suidiaconus.*
18. *Indulgentiarum concessio sequitur Iurisdictionem.*
19. *Capitulum Sede vacante in quibus succedat.*
20. *Ele*

PRAXIS
COMPENDIOSA
DE VISITATIONE,
AVCTORE

*Paulo Salodio Ariminensi, I. V. D. Ecclesie Ma-
ioris Mediolani Canon. Ordinario, &
Protonotario Apostolico.*

*Opus nunc primùm in Germania editum.
Cum Duplici Indice.*



COLONIE AGRIPPINÆ
Apud Antonium Boëtzerum.
ANNO M. DC. XX.
Permissu superiorum.

INDEX

IN NOMINE SANCTÆ ET IN-
diuidua Trinitatis, Patris, & Filij, &
Spiritus Sancti.

Pusculum hoc de Visita-
 tione, quod præcipuè ad
 vsum delegatorū ab Or-
 dinarijs Prouinciæ Me-
 diolanen. elaboratum, atque con-
 fectum est, in quatuor partes prin-
 cipales diuiditur.

In prima præcipuè agitur de
 præparatorijs ad visitationem.

In secunda de Visitatione Mate-
 riali.

In tertia de Visitatione Perso-
 nali, & de Decretis conficiendis

In quarta de Visitatione Monia-
 stium.

Autores autem, ex quibus ma-
 ximè collectum est, sunt
 Doct. in cap. 1. de cens. lib. 6.

S. Ant. in sum. par. 3. tit. 21. c. 5. &
 6. vbi & ipse cōmentatus est d. c. 1.
 Patin. de Visitatione qui & ba-
 culus Pastoralis inscribitur.

Petr. Suberti Episcopus S. Pauli,
 de cult. Vineæ.

Socin. de Visitatione.
 Fusch. qui alijs vberius scripsit,
 de Visitat.

Et plura ex Sac. Conc. Trid. & ex
 Conc. Prouinc. Mediolan. Et ex In-
 structio. Visitat.

INDEX

Titulorum, siue Capitulorum

PRIMAE PARTIS.

D e necessitate, & vtilitate Visita- tionis. pag. 1.	pro Visitatione. 12.
De scopo Visitationis. 2.	Literæ monitoriæ, & excitatoriæ ad Vicarios foraneos. ibid.
Visitator qualis esse debeat. 3.	Præparanda & secūm deferenda à Visitatore. 13.
Quando, & quoties visitandum sit 4.	Præparanda à Præfecto Collegiatæ sine cura animarum. 14.
Quando quis dicatur visitare. 5.	11.
Quæ ante Visitationem generalem agenda sunt. 6.	
Delegatio, & facultates Visitatoris. 7.	
Edictum de Visitatione. 10.	D e modo Visitandi. 18.
De literis Pastoralibus ad populum	Quæ concionando potissimum Visitator docere populū debeat. 22.



P R A X I S

COMPENDIOSA
DE VISITATIONE.

C A P V T I

De necessitate & utilitate Visitatoris.

e. Epi-
scopum
c. 8. q. 1.
Conc.
Trid.
sess. 24. c.
3. cum si-
mil. Soc.
de Visit.
nu. 1. &
num. 7.
de c. Epi-
scopum,
& d. c. 3.
& c. 6. E-
pisc. de
off. ord.
lib. 6.
Conc.
Prou. 1.
& 4. cod.
c. decer-
nimus.
10. q. 1.
c. cau-
dū 10. q. 3

Pauin.
de Visit.
l. 6. q. 10



VISITATIO totius
sue Diocesis ab E-
piscopis necessario
ac omnino facienda
est: quod adeo ve-
rum est, vt neq; per-
sonalis impotentia
excuset: nam eo casu Episcopus per aliū
hoc munus adimplere debet: Et non tan-
tum necessaria, verū etiam maximē
necessaria, ac plenē debita Visitatio dici-
tur: Et ratio est, nō solū, quia ita sacris
Canonibus, & Concilijs iussū, & con-
suetudine introductum est; sed & quia
aliās Episcopus eorum, quæ ad officium
suum spectant, cognitionem habere, &
per consequens illi satisfacere minime
potest: & etiam, quia contra charita-
tem facit, subditos saluberrimis visita-
tionis fructibus defraudans. Hinc est,
quod mortaliter, atque grauissimē pec-
cat Episcopus, qui in hoc munere negli-
gens est; & non solū mortaliter pec-

cat, quando totius Diocesis visitationē;
verū etiam, quando eius, saltem nota-
bilem partem negligit, vt visitationem
Monialium: non enim tantū visitare,
sed totam Diocesim plenē visitare te-
netur: & plenē intelligo, non solū ra-
tione loci, vt in Constitutione Innoc. 4.
habetur; sed etiam ratione actionis per
ea, quæ infra in capitulo proxime sequē-
ti dicemus.

Soc. n. 7.
Fusch. de
Visit.
lib. 1. c. 1.
num. 11.
gl. & alij
in Cle.
1. de stat.
Mon.
Soc. nu.
7. c. 1. de
conf.
lib. 6.

Hinc etiam est, quod ius visitandi, ne-
que remitti, neque præscribi potest, &
ne visitatio prætermittatur, neque pro-
curatio.

c. cū ex
officij de
prescrip.
Socin.
nu. 17.
cum seq.

Utilis autem admodum, imō utilif-
sima est visitatio: nam in ijs, quæ ad fami-
liæ gubernationem, ac regimen spectāt,
utilitatem maximam domini præsentis,
ac visitatio præstat: Vnde interrogatus
Pindarus, quæ fruges maximē pinguefa-
cerent equum, oculus inquit domini:
quod autem sterquilinum agrum plu-

Philos. 1.
eco-
nom.
Soc. n. 2.